TT.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id426461193/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

Vol. XVII

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id426461193/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

50

45

# DE CONFESSIONE EXTORTA

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI PRINCIPI ELECTORI SAXONI ET SACRI IMPERII VICARIO A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORE PRIMARIO ET ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO H. T. DECANO

*PATRONO DOCTORE STVDIORVMQVE SVORVM AMPLIFICATORE OMNI HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV IN PERPETVVM PROSEQVENDO*

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS AVDITORIO IVRIDICO

AD • DIEM NOVEMBR. ANNO CIↃIↃCCXLI

DISPVTABIT

CHRISTOPH. GODOFREDVS BVLISIVS
VITEMBERGA-SAXO
I. V. C.

*VITEMBERGAE*
TYPIS IOANN. FRIDER. SCHLOMACHI

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id426461193/3 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

I.

*Quaeſtio, etſi res fallax, non tamen odioſa eſt.*

II.

*Sacer codex quaeſtionem probat.*

Equidem in *Specimine de Aequitate tormentorum medit.* 3 VLPIANO, quaeſtionem in *L. I* §. 23 *de Quaeſtionibus* rem fragilem et periculoſam et fallacem appellanti, adſenſimus; ſed tamen propterea interpretibus, capitale quaeſtionis odium inde eruentibus, non adſentimus. Si omne id, quod fallax et periculoſum, idem et odioſum eſt, tota res iudiciaria, quae ſaepe nocentiſſimos abſoluit et innocentes damnat, iuſtiſſimiſque precibus non ſatiſfacit, odium maximum meretur. Id uero nemo dixit, praeter CATONEM, qui forum muricibus ferreis obſerere uoluit. Certe eius, quod ſalus publica exigit, quod neceſſitas rerum humanarum poſcit, quod ipſe ſacer codex probat, odium immeritum eſt. Interpellabunt hic me ſine dubio plurimi, ac fingi a me ſacri codicis approbationem, indignabundi clamabunt. Ego autem illorum uoculas non extimeſco. Id ſaltem illis largior, in pleriſque locis, quae uulgo a tormentorum patronis ex ſacro codice huc trahuntur, nullum quaeſtionis noſtrae ueſtigium reperiri. Ipſe profecto nihil, quod ad quaeſtionem

noſtram accedat, *Numer. V, 13, ſqq. Deuteron. XVII, 4, Ioſ. VII, 14, 1 Sam. XIV, 38, Ionae I, 7, Eſth. II, 23, Ioann. XIX, 4, Act. XII, 19,* reperio, aut, ſi quid reperio, hoc ſubobſcurum et dubium eſt. Magis huc pertinere uidetur *Actor. XXII, 24, 29,* ubi quaeſtio de PAVLO habita narratur. At iſtam quaeſtionem non Iudaei ex ſuis legibus et inſtitutis, ſed Romani ſecundum ſua iura, in Iudaeam armis ſubactam illata, exercuerunt, nec ſacer codex probat, ſed improbat magis. Igitur omnia iſta loca facile omitto, et unicum ſaltem, *Matth. XVIII, 34, 35,* mihi extorqueri non ſino. Ibi CHRISTVS: deus, ait, regem imitatur, qui debitorem ſuum moroſum et improbum ad promendas *abſconditas opes et perſoluendum debitum* tormentis ſubigit. Non ignoro, contradicere *hic mihi* doctiſſimum GROTIVM, et tormenta de carcere, tortores de cuſtodibus explicare. Ita enim *in notis ad hunc* MATTHAEI *locum:* τοῖς βασανιςαῖς) βάσανος *in his libris non quaeſtionem ſolum, ſed omnem omnino cruciatum atque moleſtiam ſignificat; ut uidere eſt ſupra c. VIII, 29, XIV, 24, Marc. V, 7, VI, 48, Luc. VIII, 28, 2 Petr. II, 8, Apoc. XVIII, 7, et eodem libro ſaepius. Quare* βασανιςὰς *hic puto dici* δεσμοφύλακας. *Ita optime conueniet quod ſequitur* ἕως ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ, *ut ſenſus ſit idem qui ſupra c. V, 25, 26, et Luc. XII, 58, 59. Nam et ipſe carcer uocatur corporis cruciatus L. ult. c. qui bon. ced. poſſ. Verbum* נגר *unde nomen quo transfert* τὰς βασανιςὰς *deduxit Syrus Chaldaeis eſt trahere, ut* JOSEPH KIMCHI *notat.* Sed GROTIVS ſaepe magis ex animi adfectione, quam ueri amore, ſcribit. Semper illi, quamdiu uixit, ob oculos uerſatus eſt LOEVENSTEINIANVS carcer, et incuſſus tunc equulei metus. Igitur toto animo ſemper a tormentis abhorruit, nullamque eorum *in Inleydinge tot de Hollantſche Regts-Geleertheyd,* quo libro tamen nihil ſe uidiſſe accuratius, nihil elegantius, nihil pro ratione inſtituti plenius, quemque longiſſimo interuallo Iuſtinianeas inſtitutiones uincere, dicit CONRINGIVS *in Conringianis pag. 62,* mentionem fecit. Euolui ego Graecos auctores, quotquot habui, ac in nullo uocem βάσανος pro carcere et βασανιςὴς pro com-

commentarienſi poſitam inueni, omneſque illos, qui GROTII opinionem tuentur, ut hoc mihi oſtendant, ſponſione prouoco, tantiſper autem, donec id fit, erraſſe GROTIVM, ac in loco illo MATTHAEI de tortoribus, non de cuſtodibus, agi, contendo.

### III

*Regulae, quae uulgo ſine lege in exercenda quaeſtione praeſcribuntur, nec iudicem nec collegia iuridica obligant,*

### IV

*ſed impune exceduntur,*

### V

*tunc maxime, quum praefracta obſtinatio rei luculenter apparet.*

Poſtquam, quaeſtionem rem odioſam non eſſe, oſtendi, porro nunc pugnandum eſt cum iis, qui regulam in *cap. XV de Regulis Iuris in 6, Odia reſtringi oportet;* ſequuti, iudicis officium in exercenda quaeſtione arctiſſimis cancellis circumſcribunt. Equidem bene faciunt, quamdiu cum lege loquuntur, et limites in pandectis, codice et conſtitutione Carolina poſitos non excedi ſinunt. At quod ipſi nouos ſtatuunt, et ad hos collegia iuridica alligant, hoc nefas, hoc contra legem eſt. Ipſe CAROLVS V *in Articulo LVIII* iis contradicit, et pii prudentiſque iudicis arbitrio omnia permittit, quod et VLPIANVS in *L. VII de Quaeſtionibus* facit. Nec dubitant collegia iuridica dato hoc ſibi arbitrio uti, ac tunc maxime, quum reus euidentibus, non tamen ad condemnationem ſufficientibus, argumentis opprimitur, ſed animum corpuſque in tormenta durat, praeeunte PAVLO in *L. I §. 18 de Quaeſtionibus*, uulgares regulas pauliſper egredi, modumque torquendi aſperare. Id quod exemplo nunc illuſtrabimus.

VI

*Iudex non peccat, qui decretos plures quaeſtionis gradus non uno, ſed diuerſis diebus, adhibet.*

VII

*Atque iſtiuſmodi quaeſtio per biduum exercita ſaltem una eſt, non repetitio tormentorum.*

In actis menſe decembri anni 1721 ad ICtos Helmſtadienſes miſſis iudex quaeſtionem decretam in duas quaſi partes ſecuerat, primamque primo, alteram ſequente die exercuerat. Iniquum hoc uni ex collegis, et contra ſolitum iudiciorum ordinem factum, uidebatur. Non poterat tamen ille legem, quae hoc uetaret, allegare. Nam, quod de teſtamentis in §. 3 *I. de Teſtam. ordin.* praecipitur, ut uno eodemque tempore fiant, hoc ad inania teſtamentorum ſolemnia referri oportet. Nec ſolitus ille et conſtans iudiciorum ordo tam luculenter apparebat, ut lex inde exſculpi potuiſſet. Itaque, iudicem illum nihil perperam feciſſe, ſed poteſtate ſibi in *articulo Carolino 58* data legitime uſum fuiſſe, concluſimus. Nec poterat haec quaeſtio, per biduum exercita, repetitio tormentorum dici, ſed una ſaltem erat. Iudex quippe, ſecundum monita BERGERI *in Oeconomia iuris lib. IV tit. XXXIII §. 4 n. 5*, continuarat ſaltem altero die tormenta, nec primum gradum, praecedente die adhibitum, iterarat. Sic ergo reſponſum fuit: Es möchte zwar das Anſehen gewinnen, ob ſey Inquiſit, da er die Marter zu zwey unterſchiedenen mahlen ausgeſtanden, nun weiter damit nicht zu belegen. Alldieweil aber die dem Inquiſiten an zweyen Tagen applicirte verſchiedene gradus torturae nicht vor eine doppelte, ſondern vor eine einfache Marter zu achten ſeynd rc.

## VIII

*Confeſſionem, ex qua reus ad ultimum ſupplicium damnatur, claram, puram et indubiam eſſe oportet.*

## IX

*Si quae ambiguitas apparet, confeſſio abſoluta tormentis exprimenda eſt.*

Homo furtorum ac rapinarum ultra modum ſuſpectus, ac, ſi ſolam rectam rationem ſpectaſſes, conuictus, quum tamen iuridicae confeſſioni quid adhuc deeſſet, ad equuleum damnatur, ac uix tentatus tormentis obiecta ſibi crimina fatetur, ſed tamen confeſſioni iſti ſuae ſuſpiria, nutus, geſtus, ac uerba perplexa et ſubobſcura, quae innocentiam olebant, admiſcet. Poſt triduum in iudicium reductus repetit confirmatque editam confeſſionem, ſed ſimili prorſus luſu. Mittuntur tunc acta ad Scabinos Vitembergenſes, qui de ueritate confeſſionis in animo ſuo plene conuicti, ſaltem dubitabant, an res etiam iuridice certa eſſet, atque adeo ad ultimum ſupplicium deueniri poſſet. CAROLVS V *in articulo XCI*, uerbis: **ordentlicher beſtändiger Weiß;** confeſſionem legitimam, certam et conſtantem deſiderat. Iſti uero, quam deſcripſi, aliquid ambiguitatis utique inerat. Accedit argumentum a litis conteſtatione, quae ſecundum leges Imperii *in Receſſu anni 1654* §. 37 et Saxonicas **in der Proceß-Ordnung** *tit. XVI* in cauſſis ciuilibus, magis ergo in criminibus, **kurtz**, neruoſe, **deutlich, klar und ohne Anhang**, fieri debet. Itaque non dubitaſſemus repetitionem tormentorum ad exprimendam abſolutam et categoricam confeſſionem decernere, ni animaduertiſſemus, reum aliquot tamen delicta, quae ſola ultimum ſupplicium merebantur, faſſum eſſe. Non oportebat enim utile per inutile, nec partem litis conteſtationis recte factae per alteram minus legitimam uitiari, ſecundum **Erl. Proceß-Ordnung** *tit. XVI* §. 1. Damnauimus itaque hominem, et ſententiam, quamuis confeſſionem reuocaret, exſequutioni dari menſe Decembri anni 1733 iuſſimus: **Hat Inquiſit Eberling, als er dem**

**Scharff-**

Scharffrichter übergeben worden, jedoch vor vollſtreckter Marter, bekannt, auch 3 Tage hernach an ordentlicher Gerichts-Stelle in Beyſeyn eines Predigers göttlichen Worts wiederhohlet, daß er bey dem im Monathe Iunio 1729 in Matthäs Knöpfels zu Gehrig Hauſe verübtem Diebſtahle Hand mit angeleget, und die Thüre aufbrechen, auch die in 16 num. ſpecificirte Stücke ſtehlen helffen, daß er bey dem im Monathe Ian. 1732 auf dem Neuhofe zu Colmen verübtem doppeltem Diebſtahle Wache geſtanden und die benannte Sachen wegtragen helffen, daß er bey dem im Monathe Oct. 1731 verübtem Hilſcherſchen Diebſtahle die Wache gehalten, und von den geſtohlnen Geldern und anderen Sachen 12 Thlr. bekommen, daß er bey dem um Michaëlis 1729 zu Lübenau verübtem doppeltem Diebſtahle mit geholffen, die bemerckte Sachen, als ſie von andern Diebes-Geſellen herunter geworffen worden, in einen Sack geſtecket, und davon 6 Thlr. erhalten, daß er den im Monathe Ian. 1732 bey Hannß Matſchken zu Grünewalda verübten Diebſtahl mit begangen, davon 1 Thlr. 12 Gr. und einen Rock erhalten, auch der Schulmannin befohlen, die übrige Sachen, welche auf ſein Antheil gekommen, zu ſich zu nehmen; Ob nun wohl Inquiſitens Defenſor zu behaupten ſuchet, daß Inquiſit aus Furcht vor dem Scharffrichter, von welchem er vormahlen zur Ungebühr angegriffen, und zum Kröpel gemachet worden, mehr, als er wahrhafftig gethan, bekannt, Inquiſit ſelbſt auch ſowohl in Gegenwart als in Abweſenheit des Scharffrichters durch Minen und untergemiſchte bedenckliche Worte an den Tag zu legen ſcheinet, ob glaube er, daß ihm zu viel geſchehe, wie denn inſonderheit die Ratification der Antwort auf das 9te Fragſtück nicht vollkommen klar iſt, ſondern durch den Anhang: es mag ſeyn; ſie haben genug geſchrieben, es mag ſeyn; Gott weiß es, es mag ſeyn; in etwas verdunckelt wird; Alldieweil aber der Scharffrichter Inquiſitem bey dem ehemahligem Angriffe gar nicht zu viel gethan, und der Defenſor, ungeachtet er ſchon einmahl der Unwahrheit deshalb überführet worden, ſolches gleichwohl von neuem contra fidem Actorum hinſchreibet, hiernächſt Inquiſit durch die in Actis vorkommende und in vielen Urtheln angeführte Umſtände dergeſtalt grauiret

uiret iſt, daß er faſt vor überführet zu achten, und ſein eigenes Bekenntniß nach Vorſchrifft der peinlichen Rechte gar wohl zu Erfüllung des bereits vorhandenen Beweiſes durch den Scharffrichter erpreſſet werden können, ferner Inquiſitens äuſſerſte durch Lügen, Variiren, zweifelhaffte Reden, Verſpottung der Gerichte ꝛc. bezeugte und in vorigen Urtheln verſchiedentlich angemerckte Boßheit, daß die oben gedachte Minen und Worte auf fernere Eludirung des Iudicii abzielen, genugſam zu erkennen giebt, demnach darauf weiter nicht, ſondern nur auf das mit einem deutlichem Ja vor dem Scharffrichter geſchehene und in der Ratification beſtärckte Bekenntniß das Abſehen zu richten iſt, und denn dieſe nunmehr eingeſtandene und oben erzehlte Facta, wie in den vorhergehenden Urtheln bereits deutlich gezeiget worden, die Straffe des Stranges ſowohl nach den gemeinen Rechten, als inſonderheit nach dem bekanntem Mandate wegen geſchwinder Exequirung der Diebe und Räuber, verdienen, endlich Inquiſit, daß er mit denen Spitzbuben auf den Märckten und Meſſen herumgezogen, die Leute zuſammen dringen helffen, damit die anderen einfahren und ihnen das Geld aus den Schubeſäcken nehmen können, wovon er zu 4. 6. und 12. Groſchen bekommen, ſchon vorlängſt eingeſtanden, alſo ein mit Spitzbuben zuſammen rottirter und gefährlicher Dieb iſt; So wird Inquiſit, Johann Jacob Eberling, im Fall er auf ſeinem Bekenntniſſe vor öffentlich gehegtem peinlichem Hals-Gerichte nochmahls freywillig verharret, oder, da er es wiederruffte, durch die bey der Urgicht und Bekenntniſſe geweſene Schöpffen auf die in dem 91ſten Articul der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung vorgeſchriebene Art überführet wird, mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht.

## X

*Vltimum ſupplicium aliquando ex confeſſione conditionali, quin ex inficiatione cum additamento, irrogari poteſt.*

Muliercula, infanticidii accuſata, quum omnia, et uitam infantis, et uim ei a ſe illatam, et animum occidendi, praefracte ne-

garet, ad equuleum damnatur, et de his tribus capitibus interrogari iubetur. Adducta in iudicium pergit in principio negare, ſed poſt acrem comminationem tormentorum, tandem, infantem in lucem editum caput collumque mouiſſe, ac adeo ex ſua ſententia uixiſſe, ſe uero guttur eius compreſſiſſe, animum tamen occidendi non habuiſſe, ſed ſaltem, ne eiulando ac uociferando puerperium proderet, impedire uoluiſſe, dicit. Poſt hanc confeſſionem editam reducitur in cuſtodiam, et acta menſe Auguſto anni 1740. ad Scabinos Vitembergenſes mittuntur, inter quos, an rea pure ſatis ac abſolute reſpondiſſet, ut ex hac confeſſione ſua ad mortem damnari poſſet, diſputatum fuit. Dixerat illa quidem: *infantem caput mouiſſe ac uixiſſe*; ſed *adiecerat tanquam dubia: ex mea ſententia.* Porro animum occidendi, quin et nocendi, penitus negarat. Nihilominus concluſum fuit; hanc infanticidii confeſſionem ſat claram eſſe et ad irrogandum extremum ſupplicium ſufficere. Additamentum: ex mea ſententia; nihil inſoliti habet, ſed talem incertitudinem, qualis omnibus rebus humanis ineſt, indicat. Viderat rea infantem caput mouere. Hoc ſatis ad uitam probandam erat, poſtquam iudex ſecundum *articulum Carolinum LX* circumſtantias omnes ſolicite inueſtigarat, et cum confeſſione reae conuenire, repererat. Nec ad mitiorem ſententiam nos mouebat, quod rea animum occidendi conſtanter negaret. Credidimus hoc ei eatenus, ut, illam de necando infante directe non cogitaſſe, nobis facile perſuaderemus. Sed illud ipſum additamentum: quod uocem infantis intercludere intendiſſet; animum occidendi indirectum, quem uocant, ſat lucide indicabat. Vide *Specimen DCXI de Infanticidio medit. XXXIV* et *Specimen DCIII de Voluntate nocendi medit. VI:* Hat Anna Maria Rauin bekannt, daß ihr in Unzucht erzeugtes Kind, da es zur Welt gekommen, ſich mit dem Kopffe hin und her beweget, und ſie ſolches, damit es nicht ſchreyen, und es niemand erfahren noch wiſſen ſollen, an dem Halſe unter dem Geſichte angegriffen, und ziemlich feſte gehalten. Nun läugnet ſie zwar, einen mörderiſchen Vorſatz gehabt zu haben, und mit dem

Kinde

Kinde mörderiſch umgegangen zu ſeyn. Da nun überdieß die bey der Beſichtigung des todten Cörpers gebrauchte Medicus und Wund-Artzt wegen der Art des Todes zweifelhafftig ſeynd, die von ihnen gemachte Lungen-Probe, nach vieler Medicorum Geſtändniſſe, öfters falliret, Inquiſitin ſelbſt nicht gewiß weiß, ſondern nur der Meynung iſt, daß das Kind lebendig auf der Welt gekommen, und von ihr erſticket worden, zudem ihr aus Furcht der Marter gethanes Bekenntniß, wenn es auch ſeine Richtigkeit hätte, in Ermangelung eines ungezweifelten Corporis delicti und völliger Gewißheit, daß das Kind gelebet, die Todes-Straffe zu erkennen nicht hinlänglich ſcheinet, ſo gewinnet es das Anſehen, ob hätte Inquiſitin entweder mit einer auſſerordentlichen Straffe beleget, oder allenfalls durch würcklichen Angriff des Scharfrichters zu einem richtigeren Bekenntniſſe angeſtrenget werden ſollen; Alldieweil aber, daß das Kind gelebet, auſſer der ſonſt nicht leicht fallirenden Lungen-Probe, aus den übrigen von dem Medico und Chirurgo angemerckten Umſtänden erhellet, und durch der Inquiſitin Bekänntniß vollens auſſer Zweifel geſetzet, hiernächſt die nach jetzt gedachten Medici und Chirurgi Urtheile etwas ungewiſſe Art des Todes gleichfalls nunmehr durch der Inquiſitin Geſtändniß, daß ſie dem Kinde den Hals zugedrücket, in Zuſammenhaltung des befundenen Umſtandes, daß der Hals von auſſen mehr faltig, als ſonſten, geweſen, gewiß gemachet wird, ferner der Inquiſitin Intention, dem Kinde durch Zuſammendrückung des Halſes das Schreyen zu verwehren, und damit, daß niemand von deſſen Geburth etwas erfahren möchte, zu verhindern, ein wahrhafftiger mörderiſcher Vorſatz, nehmlich das Kind auf dieſe Art von der Welt zu bringen, geweſen, und Inquiſitin, daß das zarte Kind von dieſem Zuſammendrücken des Halſes und der Kehle erſticken und ſterben müſſe, als ein vernünfftiges Menſch nothwendig ſchlieſſen ſollen, mithin ihre Entſchuldigung, daß ſie bey ſolchem Drücken an des Kindes Tode nicht gedacht, ihr ſo wenig zu ſtatten kommt, als einem Mörder, daß er jemanden mit dem Degen vorſetzlich durchſtochen, ihn doch zu tödten nicht geſinnet geweſen, helffen würde; So wird ſie, weil ſie nur animum

mum occidendi indirectum zugeſtehet, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht.

### XI

*Reus ex confeſſione tormentis extorta nequit damnari, niſi eam poſtea ratam habuerit repetieritque.*

### XII

*Hoc etiam poſt triduum fieri poteſt,*

### XIII

*nec, ut notarius et teſtes adhibeantur, neceſſe eſt.*

Confeſſionem tormentis extortam ad condemnationem non ſufficere, niſi tortus illam, interiectis uno pluribusue diebus, repetat confirmetque, ſat clare conſtitutum a CAROLO V *in Articulo LVI.* At hic iterum more ſuo quid adlinunt interpretes, atque duo inter alia deſiderant, primum, ut actus ille ultra tres dies non differatur, deinde, ut notarius et teſtes adhibeantur. Primum LAVTERBACHIVS *in Compendio iuris pag.* 713 exigit, quem tamen ſine lege, aut idonea legis ratione loqui, GRIBNERVS *de Repetitione tormentorum confeſſo infitiante* §. *XI* obſeruat, ego etiam contra legem loqui puto; ob uerba articuli: zum wenigſten über den andern oder mehr Tag, nach Gutbedüncken des Richters. Alterum de notario et teſtibus, quod Scabini Lipſienſes apud BERGERVM *in Electis Iuriſprudentiae criminalis pag.* 224 *ſqq.* requirunt, fidei et auctoritati iudiciali fere iniuriam facit, ac cum ipſa illa lege pugnat, quae ſaltem den Bannrichter und zween des Gerichts adeſſe iubet. Igitur utramque cautionem abundare adeoque impune negligi ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni 1714 reſponderunt: Daß Inquiſit, Johann Simon Poppe, ungeachtet er ſein gethanes Bekenntniß vor öffentlich gehegtem peinlichem Hals-Gerichte wiederruffen ſolte, nichts deſtoweniger durch unvernünfftige Thiere nach der Gerichtsſtatt zu ſchleiffen, allda mit dem Schwerdte vom Leben zum

Tode

Tode zu richten, und ſein entleibter Cörper andern zum Abſcheu auf das Rad zu flechten ſey. V. R. W. Rat. Decid. Weil wohl zu vermuthen, daß Inquiſit auch bey gehegtem peinlichem Hals-Gerichte wiederum auf ſein Läugnen fallen werde, gleichwohl aber derſelbe durch die bey vorigem Urthel angeführte Umſtände faſt überzeuget iſt, auch ſein letzt gethanes Bekenntniß nachgehends freywillig und zum Ueberfluſſe ſo gar in Gegenwart eines Notarii und Zeugen wiederhohlet, demnach die Reuocation ihn ferner nicht befreyen kan; uide *Conſtit. crim. art. XCI;* So haben wir, daß auf ſolchen Fall nichts deſtoweniger mit der Todes-Straffe zu verfahren ſey, erkannt.

## XIV

*Ratihabitio confeſſionis, ſaltem per comminationem tormentorum et abſente carnifice elicitae, tamen neceſſaria eſt.*

## XV

*Ac ne tunc quidem eodem die, ſed poſt biduum triduumue, requirenda eſt.*

Equidem obſtare his theſibus uidentur uerba *Articuli LVI:* über den andern oder mehr Tag nach der Marter; quae repetitionem confeſſionis, per ipſa tormenta elicitae, requirunt, nec comminationis mentionem faciunt. Verum interpretationi extenſiuae hic utique locus eſt, propter apertam legiſlatoris mentem. Eſt haec ſine dubio, ut confeſſio, ex qua reus ad extremum ſupplicium damnatur, libera nec metu extorta ſit, qualis dici nequit, quam metus tormentorum expreſſit, quippe qui in conſtantem quoque uirum cadit. Sed, ais, odia reſtringi, et fauores conuenit ampliari, *c. XV de Regulis iuris in 6.* Optime. Ampliamus hic etiam fauorem rei, cauemuſque, ne innocens damnetur. Nec ſufficit confeſſio eodem die, forſan poſt meridiem, repetita. Perdurat enim adhuc memoria minarum, ante aliquot horas adhibitarum, mentemque rei turbat. Accedit denique, quod ipſe CAROLVS V

*in principio articuli 56* tormentorum minas tormentis ipſis exaequat, uerbis: **Marter oder Bedräuung der Marter.** Idem ergo adhuc *in fine articuli* cogitaſſe credendus eſt. Et ſic Scabini Vitembergenſes menſe Auguſto anni 1740 reſponderunt: Hat Anna Maria Rauin bey der gütlichen Verhör anfänglich ihr Geſtändniß richtiger zu thun ſich verweigert, jedoch nachgehends, als ſie dem Scharffrichter zur Peinlichkeit zugeführet werden ſollen, ehe ſie noch aus der Gerichts-Stube geführet worden, bekannt, und noch ſelbigen Tages den Nachmittag wiederholet, daß ꝛc. So wird vonnöthen ſeyn, daß vor allen Dingen dem Defenſori der noch übrige Einwurff, ob habe Inquiſitin ihr Bekenntniß nicht freywillig, ſondern aus Furcht der angedroheten Marter bey Hinwegführung zum Scharffrichter gethan, und nur wenige Stunden darauf, da dieſe Furcht ihr noch in den Gedancken gelegen, wiederhohlet, benommen, und Inquiſitin nach Vorſchrifft der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung Art. LVI nochmahlen vor Gerichte geführet, und ihr, ohne der Marter und des Scharffrichters zu gedencken, ihr Bekenntniß durch den Gerichts-Schreiber fürgeleſen, und ſie, ob dieß Bekenntniß wahr ſey; gefraget werde. Wenn ſie nun dabey ſchlechterdings verharret, ſo wird ihr alsdenn gegenwärtiges Todes-Urthel eröffnet, und ein Tag zu öffentlicher Hegung des peinlichen Hals-Gerichts angeſetzet. Daferne ſie nun vor ſelbigem nochmahlen bey obigem ihrem Bekenntniſſe freywillig bleibet, oder des ſonſt, wie Recht überführet wird; So wird ſie ꝛc.

Conſcendis cathedram cum laude, VIR OPTIME, ſumma:
Apprecor, eueniant proſpera cuncta TIBI.

*Hoc gratulabundus adiecit*

HENRICVS BROKES,
D. et P. P. Extraord., Opp.

---

So zeigſt Du, ächter Themis-Sohn,
Was Dein belobter Fleiß gelernet,
So ſprichſt Du ſchnöder Einfalt Hohn,
Die bloß die niedren Seelen körnet.
Dein klug und löbliches Beſtreben
Reicht Deinem werthem Eltern=Paar,
Die Ihre Freud an Dir erleben,
Das gröſſeſte Vergnügen dar.

Durch dieſe wenige Zeilen wolte dem hochgeehrteſten Herrn Reſpondenten ſeine Aufrichtigkeit bezeigen

M. Gottfried Wagener,
Fac. Philoſoph. Adi. et Lyc. Con-R.

---

Ein muntrer Geiſt iſt unverzagt,
Er ließt, er hört, er forſcht, er wagt,
Er geht in die gelehrten Kriege;
Ein muntrer Geiſt prangt mit dem Siege.
Seht da! ein herrliches Exempel.
Du, Werther, gehſt in Pallas Tempel,
Und da bezeigt Dein muntrer Geiſt,
Daß Du zu ſiegen tüchtig ſeyſt.

Zu der mit Ruhm gehaltenen Diſputation gratuliret dem Herrn Reſpondenten, als einem wahren Freunde,

M. Daniel Neumann,
Haynewald. Luſat., Opp.

Soll

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id426461193/17 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Soll ich, hochwerther Freund, bey Deinem Ruhme ſchweigen?
Wenn Dein gelehrter Fleiß dergleichen Proben macht?
O nein, ich kan hierbey mit allem Rechte zeigen,
Daß ein erfreuter Trieb in dem Gemüth erwacht!
Bey dem erwieſnen Grund von allen denen Sätzen,
Die Deine Deutlichkeit vom Zweiffel frey erhält,
Kan ſich mein treuer Sinn auch billig glücklich ſchätzen,
Drum cröne Dich das Glück mit dem, was Dir gefällt!

Hiermit wolte dem Herrn Reſpondenten zu gegenwärtiger Diſputation gratuliren, und ſich zu geneigtem Andencken beſtens empfehlen Deſſen aufrichtiger Freund,

Johann Ehrenfried Quandt,
Med. Cand. et Pract.

---

Der Fleiß hat meiſtentheils die Ehre hinter ſich;
Das Beyſpiel zeigſt Du ſelbſt, der Ruhm becrönet Dich,
Du ſtreiteſt heute ſo, daß Deinen weiſen Schlüſſen,
In Zukunfft, ſelbſt der Neid den Sieg wird laſſen müſſen.

Zum Andencken ſchrieb dieſes

Wilhelm von Leyſer,
Helmſtadienſ., Opp.

---

Fleiß und Mühe bringt zu Ehren
Bey der Rechts-Gelahrſamkeit.
Das wird die Erfahrung lehren,
Denn mein Freund hat allezeit
Fleiß und Mühe dran gewendet,
Und die Stunden nicht verſchwendet.

Zum Zeichen ſeiner ſchuldigen Ergebenheit ſetzet dieſes hinzu

Chriſtian Michael Droſſel, Zittau. Luſ.
der Gottes-Gelahrheit Befliſſener.

---

En diducta ſonant ſincero e pectore uota,
Cur ego, AMICE, TIBI fundere uota moror,
Numen, quod mundum regnat, TVA facta ſecundet,
Praemia detque TIBI digna labore TVO,
Vt ſpem conceptam poſſis complere PARENTIS,
Et ſtudiis patriae ſemper adeſſe TVIS.

*Hoc in honorem Viri Praenobiliſſimi Doctiſſimique Reſpondentis ſcribebat*

IOANNES SAMVEL SIBOLD, Gohl. Miſn.
S. S. Theol. Stud.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN

3 0902468

Coll. diss. B. 117

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id426461193/20
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft